Tercius regni procurator nostri · Otto secundus · filio di
lecti martiris Christi · qui iuvenis viribus corporis
cluens et animis · primo que sunt privata sectatur ·
largiturque plurima pietatis opere · absque tamen
perpetrato · matura fugit consilia · deinde castigatur
a multis inposito sibi laudande virtutis freno
nobiliter in actibus suis conversatur ∴ sicut insequentibus
explanabo · Pro genitricis sue instinctu · cuius gu
bernaculo regebatur · Miminleve · ubi pater suus — Mimleven
obiit · iusto acquisivit concambio · decimasque
que ad Hersfeld pertinebant · et congregatis — Hersfeld — Hersfeld
ibi monachis · liberam fecit abbaciam · datisque sibi
rebus necessariis · apostolico confirmavit privilegio · Insuper
licentiam archiepiscopum eligendi confratribus Deo famu — Magadaburg
lantibus · et precepto imperiali · presente archiepiscopo de
dit Adhelberto · cum uno libro · qui hodie ibidem est ∴ — Liber in quo imago Otto
in quo sua imperatricisque Theuphanu imago ·
auro splendet formata munivit (?) affirmavit · Quod
gratia cesaris · et presentia eiusdem archiepiscopi preparatur ad
missam · cum perlecto evangelio · more solito opti
me predicasset · recitato coram precepto imperiali

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/id430061099/155